



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

50. Quicunque fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, hic frater
meus & soror & mater est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39546

propterea sequitur, in alijs Scripturis quæ ex fide, & operibus nos iustificari affirmant, in eodem sensu vocabulum semper accipi, ut heretici volunt: quum eadem vocabula diuersis sensibus accipi in diuinis Scripturis vulgatissimum sit. Talias sunt & tam siculnea Archihæreticorum argumenta.

50. *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, hic frater meus & soror & mater est.*

Vv M hic locus bonorum operum studium, quo facimus voluntatem Dei, & ea quæ sunt placa-
cita Deo, ambulantes in omnibus mandatis & iustifica- Luc. 1.
tionibus eius, ut de iustis loquitur Scriptura, mirifice amplificet, ita ut non solum quomodo libet Deo Obedien-
gratos ac iustos huiusmodi pietatis cultores esse tia man-
doceat, sed etiam Deo gratissimos intimèque datorum.
coniunctos demonstret, ut iam eos nec pro seruis tantum facientibus ea quæ facere debuerant, nec pro Luc. 17.
filistantum qui à spiritu Dei aguntur, quæ dilectio- Rom. 8.
nis quidem verba sunt; cum nota tamen subie-
ctionis magna que imparitatis coniuncta, sed al-
tius adhuc consurgendo, pro fratribus & sororibus,
imo etiam pro matre habeat. j. in intimam quandā
familiaritatē recipiat, summoque dignetur hono-
re, totam hanc tā emphaticā pietatis & obedi-
entia mandatorum Dei commendationem uno fidei
verbo impius Caluinus eludere se posse confidit.
Sic enim scribit. Eos intelligit facere voluntatem Patris, Adynam
non qui exactè totam legis iustitiam implent (nam ita in ne-
minum competet fraternum nomen quo hic suos discipulos fidem
insignit) sed fidem præcipue commendat, quæ sanctæ obedi-
entie fons est & origo: simulque defectus & carnis vitia tegit
ne imputentur. Homo impius ad ynam fidem tan-
omnia
Caluinus
refert.

H 3

quam

quam radicem obedientię omnia refert, nec videt à Christo hoc loco non radicem, sed fructus laudari; non eos qui credunt, sed qui faciunt. Rursum non videt, sancta obedientia fonte & originem non esse solam fidem, sed multo magis charitatem. Nam ut fides intellectum purificat, quo videat quid sit agendum, & in quem finem actiones dirigenda, & unde agendi vis facultas petenda est: sic caritas voluntatem accedit, ut quae agenda videntur, in actionem proferat, ut ad propositum finem curat, ut quae petenda didicunt, ardenter petat. Nam fides apprehendens Christum in sensu Caluini, nullius obedientiae fons est, sed cerebri Caluinianum spectrum, Scripturis diuinis incognita. Verum quidem est, totius legis exactam obseruantiam à Christo hic non requiri ut faciat quis voluntate Patris sui, & forte de facto neminem adhuc fuisse (Beatiss. semper virginem propter honorem Domini semper excipio) qui totam legem exacte impleuerit, id est, sine peccato fuerit: sed aliud extrellum est omnē necessariam legis obedientiam excludere, & in sola fide totū ponere. Facere voluntatem Dei, nec totam & exactam postulat obedientiam, nec nullam, quasi credere sufficiat, sed obedientiam flagitat & significat qualis in hanc vitam cadit, ut ambulantes secundum spiritum, non secundum carnem, grauiora manda ex equamur, minores & quotidianos defectus oratione quotidiana purgemos. Quod autem Caluinus totum in sola fide ponat, probatio, quam subiungit, manifestū facit. Nota est enim Christi sententia Ioan. 6. Hec est voluntas Patris mei, ut quicunque videt Filium & credit in eum, non pereat, sed habeat vitam eternam. Vult ergo non nisi fidem à Christo commendari ut faciamus voluntatem Patris, quia qui credit, non peribit. Sed aduertere

Act. 15.

Volunta-
tem Dei
facere
quid.
Rom. 8.

aduertere impius hæreticus debuit, vnam hic sa-
luti causam ponit, non totam. Qui credit, non
perit, quia qui credit, alia gratiæ præsidia accipiet
quibus saluetur: de quo vide Prompt. Cath. ser.
2. Pentec. Deinde aduertere debuit alias Scrip-
turas de voluntate Dei. Si quis Dei cultor est, & vo-
luntatem eius facit, hunc exaudit. Nolite conformari huic se- ^{Ioan. 9.}
culo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, ut pri-
batus que sit voluntas Dei bona & beneficens & perfecta. Videte Ephes. 5.
fratres ut caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sa-
pientes, redimentes tēpus, quoniam dies mali sunt. Propter-
ea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes que sit voluntas ^{Ephes. 5.}
Dei. Et nolite inebriari vino, &c. Serui obedite Dominis,
&c. Ut serui Christi facientes voluntatem Dei ex animo,
cum bona voluntate seruientes. Ut sitis perfecti & pleni in ^{Col. 4.}
omni voluntate Dei. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio ve- ^{I. Thes. 4.}
stra. In omnibus gratias agite. Hæc est enim voluntas Dei in
Christo Iesu in omnibus vobis. Patientia vobis necessaria est, ^{Heb. 10.}
ut facientes voluntatem Dei, reportetis promissionem. Deus ^{Heb. 13.}
facis aptet vos in omni bono, ut faciatis eius voluntatem, ut
iam non desiderijs hominum, sed voluntati Dei quod reli- ^{1. Pet. 4.}
quam est viuat temporis. Deniq; illud Ioannis. Muni- ^{1. Ioan. 2.}
dus transiit, & concupiscentia eius. Qui autem facit volun-
tam Dei, manet in æternum. Quis dubitare potest
quin his omnibus in locis facere voluntatem Dei, ni-
hil aliud significet quam facere Dei mandata, &
bonis operibus operam dare? Quod si facere volun-
tatem carnis, necessariò in Scripturis significet fa-
cere ea quæ caro suggerit, expetit, & iubet, ut
apud Paulum quem de maximè impijs loquitur, ^{Ephes. 2.}

Conversati sumus in desiderijs carnis nostræ, faciētes volun-
tatem carnis & cogitationum: cui dubium esse potest
quin facere voluntatem Dei. Patris sit ea facere
quæ Dei Spiritus suggerit, quæ Deo placita sunt,
ac demum quæ Deus in sua lege fieri mandat ac
H 4 iubet.

iubet? Sed voluntatem Dei facere, nunquam
in Scripturis Caluino placuit, ut alijs adhuc in
locis Euangelicis videbimus.

IN MATTHÆI CAP. 13.

II. *Vobis datum est noſſe mysteria regni cœlorum: illis
datum non eſt.*

AD hæc & ſequentia Euangeliſte verba, sparsit impius Caluinus infernalis ſue doctrinæ ſemina, de Deo peccati & cæcitatibus reproborū authore atque impulsore actuo: Affirmat in diuersos fines hominibus à Deo proponi ſalutis doctrinā, & admirabili Dei conſilio ſic temperari, ut non minus odor ſit mortis in mortem reprobis, quam electis odor viuificus. Hæc ille. Vult vtrumque finem ab ipso Deo proponi, & vtriusque effecluſtam exēcationis reproborū quam illuminationis creditum Deum authorem eſſe. Hanc ob causam affirmit Christum hic *data opera obscurius loquitur eſſe, ut multis enigmatis eſſet sermo.* Addit postea ut totum ſuum venenū effundat, Deum duobus modis priuare homines doctrinæ ſue luce: interdum enigmaticè loquendo, interdum verò etiam ſi aperte loquatur, & abque figuris mentem ſuam palam explicet, hebetando tamen illorum ſenſus & stupore percutiendo, ut in plena luce ceculant. Hec ille, ut probet non ſecus eſſe opus Dei exēcationem impiorum quam illuminationem piorum. Idem ex hoc loco & alijs Scripturis docet Inſtit.lib.3.cap.24.num.13. Sed ex ſacra Euāgelij historia non debuit Caluinus tale ſuxisse venenum. Textus ipſe manifeſtē ostendit exēcationis reproborum causam non in Deo, ſed in ipſis

Deus non
excusat
reprobos
actione
propria.